



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Iubilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 3. An semper obtineatur Indulgentia illa plenaria à perficiente opera  
præscripta?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**

282. P. 3: De Jubilao extraordinario catorum; id est, ut Bonifacius VIII. interpretatus est. ( teste Glossatore, qui tunc aderat praesens, ipsius Extravagantis, Antiquorum, de Pœnit. & remission. ) tanta, quanta ullo modo de potestate clavium dari potest; atque adeo datur relaxatio omnis pœnæ temporalis pro peccatis actualibus jam dimissis debitæ non solum in foro sacramentali, sed etiam debitæ in foro Dei, seu in Purgatorio; ut docet S. Thomas in 4. dist. 20. q. 1. a. 3. questione 1. & est communis & certa Doctorum sententia; teste Cardinalis Lugo De Pœnit. disp. 27. n. 7.

Q. 3: An semper obtineatur Indulgentia illa plenaria à perficiente opera prescripta?

R. Affirmative, si opera ritè perficiantur; S. Th. modò citat: Joanues Major q. 2. Paludanus q. 4. sub finem Suarez in 3. p. ro. 4. disp. 52. sect. 8. Filiiucius tr. 8. n. 164. Castropalao pu. 9. n. 18. & 19. citans etiam Emm. Rodriguez, Cordubam, Graffium, Bo-

nac-

S. 14. De Pœnitentia; & Indulg. 28.  
nacina; Gobat De Jubil. c. 18. & De  
Indulg. c. 19, &c. Nempe Indulgentia  
est liberalis remissio, desumpta ex in-  
finito thesauro meritorum & satisfa-  
ctionum Christi & Sanctorum. De  
quo pluscula pag. 19. & seqq.

Meretur tamen haud dubie plus  
(ceteris paribus) ex opere operantis  
is, qui praescripta opera diligentius &  
ferventius perficit, ex generali Theo-  
logorum doctrinâ de Merito: & tu-  
tius etiam totalem effectum Indul-  
gentiaz consequitur, nonnullis Theo-  
logis aliquam inæqualitatem illius  
agnoscentibus, in diversitate devo-  
tionis operibus peragendis. Vide Di-  
castillo De Pœnit. Append. de Purgat.  
n. 140.

Q. 4. An Indulgentiam plenariam lu-  
cretur, qui retinet affectum erga aliquod  
veniale?

R. Lucrari Indulgentiam plenariam  
aliorum omnium peccatorum, sed  
non istius venialis: Non enim dimit-  
titur pœna, nisi prius dimissa fuerit  
culpa.